

D. O. M. A.

DISPUTATIO POLITICA  
PROOEMIALIS

DE

CONSTITUTIONE  
POLITICÆ.

EJUSDEMQUE MATERIA  
Remotiori Societate, Conjugali,  
paternâ & herili.

*In Regiâ Fennorum Universitate*

P R Æ S I D E

M. MICHAELE O. WEXIONIO  
Polit: & Hist: P. P.

*Respondente*

ANDREA ANDREÆ ULSTADIO,  
*Bothn. S. R. M: tis Stipend:*

Pub. Prop. ad diem 25. April. 1646.

*Socrat: apud Xenoph:*

Generosum & omni favore dignum est ingenium, cui cordi  
sunt disciplinæ politicæ.

---

ABOÆ Petrus Wald/ Acad. Typogr. 1646.

S. R. M. in Regnorum Sveciæ & Gothiæ Con-  
siliario & Senatori Ampliss. Regij Parlamen-  
ti, quod Aboæ est, Præsidi magnificentiss.

Judici Provinciali Westro-Gothicæ & Dalicæ.

*Generosissimo Domino,*

**DN. JOANNI Kurck/  
de Laucko / Annoila / Riulaholm  
& Klackeborg/etc.**

Domino suo gratiosissimo.

*Generosus Nobiliss. Consultiss. Equissimus  
Prudentissimiq; Virus,*

Regij ibidem Judicij **ASSESSORI-  
BUS, SECRETARIO, ADVO-  
CATO FISCO, NOTARIO, A-  
CTUARIO & LOGISTIS.**

Domini Patronis, Promotoribus &  
Fautoribus, hanc dissertationem  
Politicam in submissi & observan-  
tis animi testimonium.

D. D. D.

*Respondens.*



*Prodromus.*

**S**olent, nec inutilitè, in disciplinarum limine, Sciagraphiæ, sive totius operis lineamenta exhiberi: Quod ipsum ad animum revocantib<sup>9</sup> & imitari volentibus; Politiam seu Statum nostrum instar Hominis haud incomodè repræsèntari posse visum est. *Ætates Historiæ reservaturi, (ubi v. de imp. mutationibus agendum non nihil delibaturi) corpus ipsum ejusq; constitutionem & membra nobiliora per transfennam hic contueamur. Munia in sequentibus plenius delineabuntur.*

*Humanum corpus capite, pectore & ventre; manibus pedibusq; & his contentis atq; adpèrtinentibus præcipuè absolvitur.*

Vid. Hor.  
Princip: 1.7.  
cap: 36. Ex.  
Plutarch:  
ad Trajan.

*Caput*, est ipsa *S. R. M. tas*. Ut enim illud membrum est nobilissimum, situ supremum & inferiorum cynosura; ita & *S. R. M. tas* respectu subditorum sese habet. Quod in capite *cerebrum*, *oculi*, *aures*, *nares*, *lingua*; id in *S. R. M. te* *Sapientia*, *Prudentia* (*propria & mutuatitia*) *clementia* & *pressis succurrendi promptitudo*, *publicorum commodorum indagatio*; *nociturorum averasio* & *anteversio*; *variorumq; idiomatum Peritia est*. *Tactum* qui universum pervadit corpus, *libertatis & honoris stimuli* in omnib<sup>9</sup> imperij membris representant.

*Collum*, caput inferioribus membris conjungit: Et *mutua benivolentia* atq; *concordia* Regem subditis indissolubiliter unit & adglutinat.

*Pectus cum ventre*, *Cor*, *Hepar*, *lienem*, *pulmones* & *renes* continet: quæ sicut partim spiritus generant vitales,



les, quibus totum animatur corpus,  
 partim digestioni, excretioni pas-  
 sim inserviunt; ita in hoc corpore  
*Politico*, intimi inveniuntur consilia- Senatores.  
 rij & regni Senatores, qui secretif-  
 simè & intra q: præcordia consilia  
 communicant: *Iustitie* spiritus per Colleg. Iust  
 totum corpus diffundunt: Ubi ne-  
 cessitas postulat, sanguinem elici- Militar.  
 unt, terramq; rubere faciunt; inò  
 & maris pituitam ac phlegma ci- Ammiral,  
 entq; attrahuntq; retrahuntq;; Vi-  
 tam & vigorem totius imperij con- Cancellar.  
 servant & adaugent. Est qui sum-  
 mum rigorem attemperare, ardo-  
 rem refrigerare, omniaq; cominùs  
 & eminùs commodiori respiratio-  
 ni inservientia odorari satagit. Est Ærarii,  
 qui liquores, reditus puta, tempesti-  
 vè attrahit rursusq; egerit & pro-  
 portionalitèr distribuit. Ac velu-  
 ti principalia ista corporis membra  
 præcordijs & diaphragmate à reli-  
 quis sejunguntur; Ita & hi maxi-  
 mis honoribus & privilegijs ab in-  
 ferio-

ferioribus reipub. membris distin-  
guuntur.

*Costæ*, quib<sup>9</sup> muniuntur, sunt  
portus, fortalitia & arces limitaneæ.  
*Stomachus* cibum & alimenta ad ho-  
minis sustentationem necessaria,  
sufficientia & congruentia recipit  
ac digerit. In *fiscum* & *Ærarium*  
regni thesaurus reip. esca congeri-  
tur, per principalia indigitata mem-  
bra digeritur, & velut optimus<sup>9</sup>  
sanguis per totum corpus spargitur  
& communicatur. Triplici interim  
concoctioni, triplex in omni col-  
legio instantia respondet.

*Brachijs* & *manibus* homo  
apprehendit, sese defendit, laborat.  
Quod in rep. bellicis fit tempestati-  
bus *Armis*, equitum, militum, nau-  
tarum & eò spectantium; Pace v.  
mechanicis artificijs: manibus ita  
nunquam planè ociosis<sup>9</sup>.

*Lumbis* generandi vis assigna-  
si solet; quibus œconomis haud  
absi-

abſimiles, nam & hiſce civium multiplicatio accepta referenda.

*Crura atq; pedes* molem ſuſtentantes, agricultura & mercatura non immeritò dicuntur; Quæ dum recto ſtant talo, divinâ accedente benedictione, ſuſtentioni neceſſaria deſſe nequeunt.

Inveniuntur in corpore *offa, cartilagineſ, muſculi & nervi*: Ita & in politiâ inſtar oſſium ſoliditatem præſtant, fulciunt, muniunt & comòdo motui inſerviunt **Nobileſ** ſeu ordo Equeſtris. **Literati**, inter hunc & Plebem, quæ carnem & muſculos repræſentat, intermedij, cartilaginibus non abſimiles eſſe dici poſſunt. **Nervi** æquibus ſuperiores & inferiores connectuntur ſunt *præmia bonorum & pœnæ malorum*; inter ſe membra iſthæc *mutuo amore & fide* cohærent.

Ne v. quis ſtatuum hanc exanimem & truncum duntaxat eſſe ſo-

Alta: politic: cap. 1. n. 350

Joan: Bot: de politic: illuſt: lib. 4. cap. 3.

mniet; Spiritus ejdem vitales sunt  
*litera.* *Anima ipsa, Leges & jura,*  
cum imperandi & parendi justâ &  
æquabili reciprocatione: cujus a-  
nimi sc: facultates emicant, dum  
*Intellectui imperium regium; Vo-*  
*luntati mixti subditi;* ut sensitivo  
appetitui meri, quibus obsequij glo-  
ria sufficit, correspondent. Quæ  
omnia & singula membra ubi ritè  
officijs funguntur, viget valetq; cor-  
pus humanum; paritèr & ubi hæc,  
respublica. Quatvor a. humorib<sup>9</sup>,  
4. ordines & status imperij funda-  
mentales, 1. Politicus; *Regementz*  
*ståndet/* 2. Ecclesiasticus: *Lärestånds*  
*det;* 3. Militaris; *Wäreståndet/*  
4. Oeconomicus; *Nåreståndet*  
conferri possunt.

Magistratui quippe animi ma-  
gnitudo convenit, & ira adversus  
delinquentes; qui etiã pro subdito-  
rum salute vigilare necessum habet:  
*At flavabilis* copiosior iram acuit,  
animosos & infomnes reddit. *Me-*  
*lancho-*



*lancholia* cogitabundos, ingeniosos  
& severos facit, quales clerici fre-  
quentiùs exiguntur. *Pituita*, tardi-  
ores efficit: Sunt v. milites, grega-  
rij scilicet, ut plurimum ad alia mu-  
nia hebetiores & laborum hostes.  
*Sanguis* præ reliquis humoribus in  
humano corpore ordinariè abun-  
dat: Et plebs quoq; numero superat.  
Sed de corporis machinâ satis.

Est & utrinq; *Columna*; duo  
quibus nititur & immota consistit,  
Fulcimenta inconcussa; quibus e-  
tiam quaquâvorsum movendum  
fuerit gressus fulcitur, RELIGIO ni-  
mirum & JUSTITIA. hisce, ne unquã  
titubetur, est adhaerendum. Utq;  
homo *amicis*, nonnunquam & *inter-*  
*pretibus*; ita & resp. *confœderatis* &  
*legatis* subinde opus habet. Quæ o-  
mnia patrium statum haud obscure  
adumbrant, prout solertior artificis  
manus accuratiùs depinxerit.

Morbis etiam varijs humanum  
corpus est obnoxium: Vel ubi *Ca-*

per laborat, vel aliud principale mē-  
brum aut desideratur aut officio  
non satisfacit: cujus rei exempla  
prisca dedere tempora; vel ubi  
pedes labascunt, aut brachia & ma-  
nus vigor simul & nervi destituunt;  
aliusve paroxysmus invadit; aut  
quod periculosissimum, si vinculum  
& nervi quibus caput cum membris,  
& hæc inter sese cohærent, debili-  
tantur, læduntur aut planè disrum-  
puntur: vel *columna* alterutra vel  
ambæ labefactantur. Quibus sym-  
ptomatibus seriâ ad Deum invoca-  
tione & convenientibus antidotis  
maturè occurrendum.

*Sit decus huic Capiti; vigeant  
per secula membra:*

*Omne malum procul hoc Cor-  
pore pelle DEUS!*

Quò v. corporis hujus & singulorū  
ejusdem membrorum naturam &  
officia distinctiùs considerare lice-  
at; Totam hanc materiam alias

amplissimam intra duodecim disputationum brevissimarum limites restringere conabimur; hoc ordine:

1. Disp. Politic: Proœmialis, præfens.
  2. De Formis Imperior: & Monarch: constitutis.
  3. De Reg: Adiunctis & Juribus Maiest.
  4. De Subditis Mixtis.
  5. De Ecclesiasticis.
  6. De Merè subditis.
  7. De Bonis Reipublicæ.
  8. De Legibus & Judiciis.
  9. De Bello.
  10. De Legatis & Fœderibus:
  11. De Comitibus & Conventibus,
  12. De mutationibus & causis reip. corrump.
- Nunc ad ipsam Proœmialem disputationem divino freti auxilio, propius accedamus.

## THESES: I.

**D**E morum vitæq; honestate in  
comuni & generalitèr egimus  
in *Ergastulo Virtutum*, civem hujus  
mundi, qualem se *Socrates* professus,  
informantes: sine respectu ad hunc  
vel illum statum aut functionem;  
quomodo videlicet *summi monarchæ*  
imperio pareat in universali omniū  
creaturarum societate; & in quovis  
vita

vita<sup>e</sup> genere *Felicitas* sive *Beatitudo*; id est, bona conscientia (quam duplicem, politicè bonam & Christianam Befold: facit) sedata & tranquilla vita obtineri queat. Quà ratione a. specialitèr in *Oeconomia* seu *Familiâ* benè & beatè quis vivere possit, *Synopsis* œconomica strictim docuit. Nunc quo pacto in *Politiâ*, omnia virtutis ductu ad exoptatam felicitatem revocanda & unicuiq; *officium* debitè præstandû, paulò penitiùs intuebimur.

II. DEUS, qui est DEUS Ordinis, ut cœteras omnes creaturas certo ordine conservat; ita vel multò maximè opus ad suam similitudinem factum, genus humanum, Sine ordine in hoc mundo fluctuare aut palare noluit. Prout etiam in sequenti disp. initio innuimus. Unde homini non modò naturale desiderium & instinctum cohabitandi indidit; verùm etiam loquelam, conversationis medium



*dium & vinculum, addidit.* Ut pate-  
at hallucinari *Mirandulan*: Qui omnes  
politias ex accidenti, propter hominum scilicet  
improbam, ortas statuit. Quin potius vel in  
ipso innocentie statu homines omni ordine & po-  
litie formam non carituros fuisse, cum aliis viris  
gravissimis asserimus.

Mirand. l. 1. t.  
de honor.  
Hoenon:  
disp. pol. r.  
th. 5. Rev. D  
Paul: moni:  
pac. part. 1.  
memb. 1.  
Besold: diff:  
phil. de præ  
cogn. pol:  
Besol. præ  
cogn. c. 4.

III. Non igitur *metum* univer-  
salem fuisse cohabitationis causam,  
neq; *eloquentiam* aut *musicam*, nedum  
*fortunam* cum *Epicuro*, neq; *religionem*  
*solam* cum *catholicis-rom.* (quamvis  
hæc ferè omnia aliquid ex vero par-  
ticipent) ordinis illius seu politia-  
rum causam veram & adæquatam  
agnoscimus. Neq; etiam omnia  
imperia vi introducta & violenta  
esse consentimus. *A particulari enim  
ad universale non valet consequentia.* Et  
*nostrum imperium liberis hominum vo-  
tis, Regem sibi deligentium cæpisse &  
continuasse, ex historijs per multa retro  
secula, probari potest: Licet de qui-  
busdam alijs pri<sup>o</sup> verum esse inficias  
non eamus.*

Bodin. l. 1. t.  
de rep. c. 6.

IV. *Ordinis hujus, seu imperandi, ratio, sicuti & reliquæ disciplina, à Grecis quondam accuratè observata, hucusq; Politia seu politica dicitur. Polis enim civitatè significat* (civitas propriè incolas, prout urbs muros & ædes denotat, quamvis non rarò indifferenter usurpatur) *Et præcipuas apud illos respub. civitates, ut Thebanorum, Lacedæmoniorum, Charthaginensium, Atheniensium, Megarensium & Corinthiorum fuisse constat.*

V. *Hinc Politicus adhuc rectè appellatur, qui rationem constituendæ & administrandæ civitatem seu rempub: id est, rectum imperandi & parendi modum, omniaq; ad justitiam & publicam subditorum salutem dirigere novit: Non v. qui fastu & gestu tantum superbi- re, simpliciores decipere & circumvenire, &c. prout non pauci perperam gloriantur.*

VI. *Politica enim quæ & aliàs Philosophia practica & civilis dicitur, est*

Besold: ex  
Non: Mar-  
cell: & Cic:  
pro: Mu-  
ran:

Henr: Velt  
Decad: 1.  
quæst. 4.  
& 6.

est Prudentia temp. ad honestatem & vitam beatam durabiliter ordinandi. Per Prudentiam, velus Genus, potius quam scientiam, artem, vel disciplinam & doctrinam definimus, partem tamen philosophiæ practicæ propriam & posteriorem intelligimus, nodum in scirpo non querentes.

Alth. Hænt.  
Plat. in Erâ-  
sto. Golius.  
&c.

VII. *Temp. Subjectum seu materiam substratam facimus; cui, cum omnibus eâ contentis ad eamq; pertinentibus consulendum erit. Ad honestatem dicimus: ut piratarum, latronum & id genus hominum sequestrentur, quorum colluvies veram non constituunt Politiam: imò nec ulla inter istos amicitia esse potest, prout ex Ethicis collegimus, quæ scilicet in virtute fundatur. Nec proinde cum talibus pacta, fœdera, diffidationes aut pacis tractationes, Regibus vel rebusq; intercedere solent; Nec iisdem comprehenduntur.*  
Qua-

Bodini: l. r.  
de rep. c. r.

Quamquam ad declinandum maius incommodum  
 eisdem nonnunquam parcatur & fides data seruetur:  
 prout Alex. M. Demetrio piraticam exercenti, seq;  
 aliam artem à parente didicisse neganti; regi; in-  
 super proterve insultanti pepercit; ut reliquum  
 piratarum manipulum eò facilius in potestatem  
 redigeret. Ita & Augustus Hispan: prædoni  
 Crocotæ, animosene dicam magis an callide sese  
 offerenti, & 25000. coronat: capitis sui precium  
 poscenti ( quod imp. Crocotæ caput exhibenti  
 promiserat ) vitam donavit; pecuniamq; nume-  
 ravit: Ne, quod iure potuisset, vitam eripiendo  
 & promissâ ipsum mercede frustrare, & aurum  
 lucrari velle videretur; atq; sic perfidiæ simul &  
 avaritiæ notam incurrens, invidiam sibi conflu-  
 ret. Sic quoq; in nostrâ patriâ, ad Scanix fines,  
 pœnam latronibus condonatam meminimus, ut  
 sceleris socios caperent, & regio malis hominibus  
 eò citius & facilius purgaretur. Maleficos etiam,  
 qui sub fide publicâ sese sistunt, illæsos rursus di-  
 mittendos esse novimus; 1. Ne alii absterreantur,  
 quò minus compareant causamq; dicant, & veri-  
 tas in apricum proferatur. 2. Adeoq; complices,  
 si qui sunt, indagari possint, & scelera impunita  
 non maneant. Et 3. Ne de magistratu fidem  
 fallente quis conqueri possit: Et contra iura pa-  
 triæ, immò & exempla Sanctorum, Josuæ, Gi-  
 beonitis; Davidis, Simeis, propter fidem datam  
 parentium, impingere videatur. Immeritò igitur  
 simpliciores delicta sic impunita manere cri-  
 minantur. Sententia namq; fertur & exequutio-  
 ni mandatur, cum impedimentum amotum fue-  
 rit: ut in Simeis aliisque patet. attestante Poëta:

Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

C. 6. drap.  
 B. medh  
 wil: L. L.  
 Ios. 9.  
 v. 19.  
 2. Reg. 19  
 2, 23.



VIII. Additur, & vitam beatam; Bodin: cit:  
ad quem nō actio sola facit, ut ut hæc cap. 1. lib. 1.  
in politiā primariò urgenda, verùm de rep.

etiam contemplatio quædam requiritur. Non tantùm enim resp. ideò constituuntur, ut rerum habeatur affluentia, fertile queratur ac reddatur solum, munimenta fundentur & erigantur, ab injurijs subditi vindicentur; Sed etiam ut rerum contemplationi incumbatur, & ex creaturis creatorem cognoscere, amare & colere discatur.

Quod etiã in omni ferè florenti politiã factitatum advertimus: Cum viguit Hebræorum status, etiã apud illos rerum naturalium & supernaturalium cōtēplatio: idē in Græcã nec nō Romanã monarchiã, & quidem in linguis ipsorum vernaculis contigit. Nec minus, cum iam per divinam clementiam, eum nostra politiã florem domi & foris assequuta est, ad quem antehãc nunquam aspiraverat, Rerum etiam contemplationem supra priscorum temporum morem, imò ultrã spem efflorescere videmus. Et sicut non modò antiquæ istæ Monarchiæ; verùm etiam Gallia, Belgium aliæq; politiæ suis idiomatibus philosophantur; ita quoq; cum florido reip. statu omnis generis scientias, in maternis nostris lingvis evirescere posse non desperamus. Et fidem hîc illustribus quondam viris datam auxilio divino, nutuq; summi

summi magistratus & quorum interest, aspirantibus, progressu temporis pro virili adimplere non detrectabimus.

IX. Ut durabiliter ordinetur, permagna requiritur Prudentia; nec tantum præterita & futura ponderanda, quin & propinqua & remota perpendenda. Quò facit exacta *historiarum cognitio* cum non levi *experientiâ*; *juris pub.* (quod cum politica tantam habet cognationem ut vix alterum sine altero intelligi possit) *llgum divinarum & humanarum, omnisq; philosophiæ notitia, variorum item statuum exploratio.* Unde *Politicum omnium rerum quæ in toto terrarum orbe gerantur vel gestæ sunt, quantum fieri possit, non ignarum esse oportere, admod: Rev. D. Wexionens: ex Arist: & Kirckn. asseverat.* Hæc de politiz constitutione. Antequam ad membra essentialia, *imperantes & obedientes properemus*; aliqua de primis eiusdem initiis & materiâ remotiori adferemus.

X. Ut enim medico corpus curandum, artificii futuri operis materia præcogno-

D. Jon. M.  
Vex. disp.  
pol. i. th. 7.

præcognoscenda; Ita & politico ma-  
 teries reip. in limine meritò & utili-  
 tèr pensitanda venit. Quæ cum-  
 primis est *hominum societas* (*solitariam*  
*qui de sunt vitam reip: inutiles sunt*)  
 tam composita ex alijs societatibus,  
 ut *civitas, pagus, vicus, domus sive fa-*  
*milia*; quæ etiam *secundæ & majores*  
 dicuntur; quàm *simplices*, aliàs  
*privata & minores*, ut *Nuptialis*;  
*Paterna & herilis*. Proinde &  
 antiq̄ juris patrij cōditores animad-  
 vertentes omnem societatem ex  
 conjugali fluere: statim in initio  
*Legisterij* postquam de *Regis constitu-*  
*tione, officio & privilegijs* actum, de  
*conjugio præcipiunt*, tit. de *Nuptijs*, quæ  
 sequitur *hereditas*, ex matrimonio  
 enim *heredes* suscipiuntur; ubi ob-  
 venit *Fundus*; hîc *adificandum &c.*

Althuf. c. r.  
 n. 25. Schöb  
 lib. 1. cap. 4.  
 Hænon:  
 disp pol. 1.  
 th. 4.

Jus municip.  
 & provin-  
 vicial.

XI. Societas nuptialis, est  
 unius maris & unius fæminæ  
 conjunctio naturalis, divinitus

instituta, individuum vitæ  
consuetudinem continens, ad  
propagandum genus humanum  
& mutuam vitæ solatium.

Vid: Schöb  
pol: l. i. c. 6. *Cum itaq; reip. seminarium existat: Cæ-  
libes vel, ut quondã, plectendi & honorib<sup>9</sup>  
privandi; vel omninò liberis honestè o-  
peram dantes & utiles reip. cives lucran-  
tes, prerogativis ornandi erunt. Sicut  
olim apud rom. jus trium vel quinq; libe-  
rorum &c. viguit. Inst: de Excus: tu-  
tor: in pr.*

Conf: Plin:  
Epist: l. 10.  
ep. 1.

XII. Requiritur insuper, ne hæc  
tam necessaria *Societas* remp. turbet.  
1. *Mutuus consensus*, qui etiam ab ab-  
sente vel morti vicino declarari po-  
test: Non modò verbis, sed & gesti-  
bus; imò interdum silentio. Atqui  
debet consensus esse liber, non metu extortus, nec  
infantiã, ebrietate vel errore impeditus. Intellige  
tamen personæ errorem; non fortunæ aut qua-  
litatis. An v. vitiatam ignarus du-  
cens, retinere cogendus: ardua est  
controversia. Nobis videtur in id elabo-  
randum ne matrimonia, quæ unquam bene con-  
cords

vid: Vesem:  
paratit: ff.  
de ritu  
nupt.



cordare poterunt, dissolvantur. 2. *Consensus parentum*, ipsorum vel eorum, qui jungendis parentum loco sunt: Giff: B. c. 1, 2, & 3. §. §. adde ordi-  
nant: Ecclesiastic. fol. 51. b. clandestina igitur sponsalia prohibentur. cap. 1. & 3. Giff: B: St. 2.  
3. *Iusta aetas*; ut adsit generandi facultas; judicijq; maturitas; citat. ord. Eccles: fol. 52. b. aliàs enim, ex nimia conjugum imparitate magna sequuntur incommoda: sicut alibi monstravimus, & dict. l: ord. Eccl. innuit. 4. *Ne sanguinis propinquitas legitimam conjunctionem, impediatur*: Quoto v. gradu conjungi liceat, jus quidem nostrum civile tacet, at ord. Eccl. fol. 52. & 53. juxta tenorem Canonici juris exprimit. Interim semper in conjunctionibus non solum quid liceat considerandum est, sed et quid honestum sit. Attamen multa quae ab initio prohibentur ex post facto susinentur. Reink: ex Oldendorp. &c: l. 197. ff. de Reg. Jur.  
XIII. Ut autem aliquid hic de gradib<sup>9</sup> subjungamus (plura passim

*arg. Gen. & Theologi & Icti* ) 1. *In rectâ li-*  
*2. v. 24. neâ, tam descendente quam ascendente,*  
*& Ps. 45. conjugia in infinitum sunt illicita atq; pro-*  
*v. 11. hibita. 2. Inter collaterales de jure di-*  
*Lev. 18. vino, ad secundum usq; gradum inclusive*  
*nuptias contrahere non licet. Si ex-*  
*empla liberorum Adami sub pri-*  
*mordio mundi coñubia inter se jun-*  
*gentiû obijcias: Resp. ex August: quan-*  
*tò hæc antiquiora sunt compellente neces-*  
*sitate; Tantò post damnabiliora facta*  
*sunt religione prohibente. Tertius de-*  
*mum gradus sicut per Mosen ex-*  
*pressè non prohibitus; ita de jur.*  
*Civil. rom. concessus videtur. Ve-*  
*rùm de jure Canonico, ut major ef-*  
*set reverentia sangvinis & ulterio-*  
*res gradus, enumeratorum q: sepi-*  
*menta fierët; etiã quartus gradus est*  
*prohibitus. Cap. non debet: ext: de*  
*Consanguinit. Quamvis insulsam alle-*  
*get Papa rationem, nimirum; quia quãtior*  
*sunt humores in corpore, qui constant ex 4. Ele-*  
*mentis. Imo ad septimum usq; gra-*  
*dum Veteri Canonum jure Nuptiæ*  
*inhi-*

August: l. 15  
 de civitate  
 Dei, cap. 16.

p. Duorum.  
 inst. de  
 Nuptiis.

inhibitæ fuerunt: Sed de jure novo  
ad quintum usq; gradum exclusivè.  
Cum quo ordinant: nostra Eccles.  
concordat.

Ord: Becl:  
fol. 52,

XIV. An v. intra prænomina-  
tos gradus dispensatio fieri queat,  
disputari solet. Distingvimus in-  
ter illos qui *divinam* habent prohi-  
bitionem & qui humanâ saltem ni-  
tuntur: Illos homini indispensabi-  
les esse, quicquid Robert. Bellarm. Bellarm. l. 1.  
contradicat; Hosce v. dispensatio- de sacramt  
nem admittere statuimus. *Nihil e- matrim.  
nim, ut cum Ulpiano loquamur, tam cap. 27.  
naturale est, quàm eò genere quid dissol- l. 35. ff. de  
vere, quo colligatum est.* Quod igitur Reg. iur.

XV. Sed notandum insuper  
duplicem esse graduum supputatio-  
nem.

Unica Re-  
gula iur: ci-  
vil. l. 10 ff:  
de grad: &  
affin. p. 9.

nem; aliam civilem, aliam canoni-  
cam. Utriq; communis hæc est  
regula: in lineâ rectâ perpendicu-  
lari: *Quot sunt generationes; totidem  
etiam gradus cognationis.* Persona n.  
generata semper gradum adijcit,  
vel quod fermè idem est; *Quot sunt  
persona, tot etiam gradus erunt, unâ dem-  
ptâ, nimirum stipite.* Quod de jure  
civilis ubiq; procedit, tam in collate-  
ralibus, quàm ascendentibus & descen-  
dentibus. De jure v. Canonico sive  
Pontificio aliud dicendum, atq; in hoc  
passu maximè est discrepantia.  
Nam 1. In lineâ collateralis æquali,  
hic est canon: *quo gradu persona, de  
quarum cognatione queritur, distant à  
communi stipite, seu parente; eodem à  
se invicem distant.* 2. In lineâ inæ-  
quali; Quo gradu remotior distat  
à communi stipite, eodem hi, de  
quorum cognatione queritur, in-  
ter se differunt.

XVI. Solet itidem in dubium  
vocari utra supputandi ratio præfe-  
renda

Juris  
Canonici  
2. Reg. in  
supp. grad:



renda sit, *civilis ne an canonica?* R.  
Hanc absurdiores, illam v. melio-  
ri ratione niti, vel hinc probari pos-  
se videtur: 1. Natura namq̄ ipsa  
tot gradus esse ostendit, quot sunt  
generationes sive *distantie* duarum  
personarum, prout Bellarm. loqui-  
tur. Cum igitur, ut duo sint fratres,  
duæ requirantur generationes, præ-  
ter communis patris sive stipitis ge-  
nerationem, sequitur fratres non  
uno tantum, ut *Canonistæ* volunt; sed  
duobus gradibus differre. 2. Se-  
quitur ex Pontificiâ supputatione  
absurdum: *Unam scilicet & eandem*  
*Personam equaliter distare ab alijs inæqua-*  
*liter distantibus.* Quod in principia  
impingit. Plura vide apud *Hunnium*  
verbosè. Receptum tamen est, ut in  
matrimonialibus Canonica, in suc-  
cessionib⁹ Civilis supputatio atten-  
datur.

Hellfr. Hunn  
var: resol.  
lib. 1: Tr. 3.  
q. 20.

XVII. Quæadmodum consangvini-  
tas, ita & propinqua affinitas, qualis  
inter

inter vitricum & privignam vel privignæ filiam; inter generum & forcrum &c: Nuptijs est impedimento. *Spiritualement* v. cognationem, aut affinitatem, qualis etiam apud nos olim in usu fuit & a Pontificijs adhuc urgetur, conjugium excludere non statuimus. Et hæc præcipua de matrimonio jungendo politicè observanda; quod publicè interfit.

XVIII. *Conjugio rite inito, mari tanquam animo & corpore potiori maritalis potestas seu domesticum imperium omnino asserendum erit, quod nullo pacto aut conventiones abalienare decuerit. Id enim mandato & verbo passim divino contrariabitur. Absit tamen Barbarorum mos, qui teste Arist: 1. pol. 1. feminas pro servis & mancipijs habuerunt. Neq; vitæ & necis potestatem marito in uxorem, prout prisca Romuli lex concessit, ullatenus tribuendam asseremus: sive vinum biberit, sive partum supposuerit sive in adulterio deprehensa fuerit. Ut enim publicam vindictam legitime infligere licet, ita omnis privata ultio vetita & illicita est. Interim modicam castigationem verbalem & realem etiam iura nostra*

Cissitap  
Gudzijs  
wologah.  
L. 1. c. 20.  
Tyret. B.  
cap. 15.

Genes. 3.  
v. 16:  
1. Pet. 3.  
v. 1. &c.

e. 11. Erfd.  
B. L. L.  
c. 19. &c.  
niz wih. l.

stra permittunt. In propriam verò carnem fa-  
vire absurdum est.

XIX. Est & alius conjugij esse  
Ejus de jure nostro, ut consummato  
matrimonio secundum provinciale  
jus ex omnibus bonis mobilibus acquisitis  
& acquirendis marito beffis, uxori triens  
competat: Secundum municipale a. u-  
tring. semis acquiritur.

c. 5. Giff:  
B. L. L.  
adde 16, 17.  
& 18. eod. tit

c. 5. Giff:  
B. St. L.

XX. Solvitur conjugij foedus,  
morte alterutrius, adulterio & malitio-  
sa desertione. Tantum hac vice de socia-  
te maritali, quatenus politicè consideranda venit:  
Domestica coniugum officia, quæ beatam oeco-  
nomiam directe respiciunt in oeconomica syno-  
psi plenius consideravimus.

ordin: Eccl  
fol. 55, & 56.

XXI. Quando præcedentis so-  
cietatis Finit omnimodè obtinetur.  
& liberi existunt, secunda consociatio,  
Parentum sc: ac liberorum, exoritur.  
Ut verò horum est subesse, ita illo-  
rum regio more præesse, & natorū  
salutem vel propriæ antepone-  
re: Non tantum propter amorem natu-  
ralem & innatum; Verùm etiam,  
ob publicam utilitatem. Educatio  
enim

Bef. Synopf  
pol. l. 2. c. 25.

enim *liberorum* tanti est, tantæq; cura *politico* esse debet, ut nullius rei major: Quod si namq; ista prava fuerit, leges parum proderunt: Sin v. illa bona extiterit legibus magnopere non fuerit opus. Quamvis enim tritum sit; ex malis moribus bonas oriri illis; illud tñ, non nisi per accidens evenire certum est: Et illis vel optimas frustra dari constat; ubi per vitiosam educationem cives non obtemperant.

XXII. Qualis verò educatio & institutio juventutis esse debeat, multis passim politici tradunt. *Alia requiritur in personis quæ ad imperium nati sunt; & reip: clavo destinantur: aliter privati futuri ad subjectionem, informabuntur.* Ab illis arceantur, *perniciosissima pestis, adulatores.* Adsint qui *religionis fundamenta, virtutum præcepta, exempla historica, jura & statuta patriæ* cum primis instillent: Alias etiam, præcipuè vicinorum, *politias intelligere non inutile fuerit.* Suntq; ejusmodi personæ, *non ad Scholam sed ad remp. instituenda.*

Vid: Patric:  
de regis in-  
stitutione:

ESPAGN.  
de L'insti-  
tution du  
jeune Prin-  
ce & simi-  
les.

Qui-



bus Grammatico aut Musico ambigam reddere palmam, quod *Philippus 1. rex Maced.* tentavit, exigua laus futura erit.

Boter, pol. illust: lib. 2. cap. 9.

XXIII. *Institutio Subditorum publica* potius sit, quam *privata*; *privata* tamen disciplina precedat; Et scandala variamq; contagionē, quæ genuinam simplicitatē in majorib<sup>9</sup> congressib<sup>9</sup> inficere solēt, magistrat<sup>9</sup> amolientur & adhibitis fidelib<sup>9</sup> ductorib<sup>9</sup> atq; convictoribus integris parentes præcavebunt.

Besold, 1. 2. cap. 1 de educatione

XXIV. Ad institutionem, post literarum studia ( de quibus alibi ) facit etiam *peregrinatio*; quæ si ab illis qui corpore & animo capaces sunt, instituatur; & ad publicam utilitatem referatur omnimodè nō improbanda. Sin v. tantum ideō in exteras quis digrediat<sup>r</sup> oras, ut planities, valles, montes, fontes, castella, civitates, amphitheatra, templa, palatia, hortos, columnas, aquæductus &c. inspiciat & referat; exoticos moros, gestus, ceremonias, vestitum, linguam, vernaculis omnib. reiectis & fastiditis, histrionicâ temeritate imitetur  
ac pro-

Thom.  
Lansius  
Consult.  
Relatio, de  
principat:  
inter pro-  
vinc: Eur.  
Decret: œ-  
reb. p. 8. & 9  
An. 1617.

ac probet: stultitiæ hunc proximum non imme-  
ritò dixeris. *Qualem Lalum ex Thomâ  
Moro Lansius graphicè depingit.*  
Ast qui insuper omnia peregrinis & alienis statu-  
tis sursum deorsum versa cupiunt: quiq; apud  
Regni, Magistratus vel religionis hostes diu com-  
morantes venenum sugunt, perniciosissimi sunt  
& patriæ proditores. Quàm cautissimè  
igitur & parcè, & à maturis tantùm,  
peregrinationes instituantur.

XXV. *Quod potestatem parentum  
in liberos attinet, statuimus eam vi-  
gore quarti præcepti & arg. cap. i.*  
Giff: Balcl. utroq; jure cum simili-  
bus text: utriq; competere: ampli-  
orem nihilominus leges patri de-  
cernunt. *Quæ tamen ad jus vite &  
necis neutiquam extendenda.* Abdi-  
care verò liberos & propter insignem ingrati-  
tudinem exheredare, ut iure rom: parentibus est per-  
missum, ita nostro quoq; haud adversum.  
Solvitur de consuetudine apud nos,  
sicuti & fori saxonici, patria potestas  
(non solenni emancipatione, prout apud  
rom: olim usitatum) sed cum liberi à  
parentibus seorsim degunt, sibiq;  
soli

C. 3. Giff:  
B. L. L. &  
Et: L.  
Högm. B.  
L. L. c. 1. &  
Et: L. cod.

Nov. 115. c. 3  
cit: cap: 3.  
Giff: B.

Hieron:  
præt: phil.  
præt: part:  
spec.

soli patris consensu negociantur, aut contracto matrimonio, justâ ætate impletâ, res suas sibi gerunt. A veneratione autem honore & gratitudine parentibus debitâ liberi nunquam absolventur.

XXVI. Fuit *Secunda Societas minor-simplex*; Sequitur *Tertia, qua herilis dicitur*: Et est *Dominorum cum servis*.

Quamquam a. durum illud servitutis ius & populo Israëlítico & aliis gentibus olim usitatum, iam ante annos trecentos exoleverit, teste Bartolo, qui de suâ ætate asserit (floruit is An. Chr. 1300.) Nullos tum omninò servos venalitosq; extitisse: Cum tamen anno Chr. 1200. in Italiâ adhuc aliquos servos fuisse extitit: Decretal. de Coniug. servor: constat. Et non modò externi Longobardi, VVisigothi &c. verùm & nostræ leges municipales servorum mentionem iniiciunt. Atqui paganismo abolito & & Christianâ religione succedente, aspera itidem servitutis conditio exspiravit & mitigata est; no- tante Bodino: ut iam nullibi in totâ Europâ eiusmodi servi reperiantur.

Omni nihilo- minus servitutis specie resp. aut poli- tia commodè carere nequit. Sunt igitur adhuc *famuli sive servi merce- narij, qui annuâ vel ad certum tempus præsti-*

B. fold. de  
tribus Do-  
mest: societ

Cap. 31.  
Rådft: B.

Bodini. lib  
de rep. c. 5.

*praestitâ mercede alijs operam locant: sunt servi imitatorij; qui ut artens aliquam vel opificium imitari addiscant, certo pacto & ad constitutum tempus inserviunt.*

**XXVII.** Sunt etiam *coloni*, qui *prædiorum Dominis* servitia, non modò annuis pensionibus, verùm etiam operis & laboribus præstant. Qui quamvis in hisce cum servis conveniant, si tamen domicilium legitimè mutarint, ad priores lares capistro, in libero populo retrahendi minimè videntur, cum hoc durum sit nimis, & meram servitutem redoleat. Lenitate potiùs atq; iustâ mansuetudine subditi tractentur & coloni non deficient. Quod etiam à Magnatibus in nostra patriâ fieri novimus: sit unum exemplum pro multis. Illustriss. Comit. regni Cancellarij &c. Ubicunq; habitaverint coloni non modò bonis affluunt & ditiores sunt; verùm etiam sicubi præ-

De afferiptis glebæ  
vid. Arnif:  
cap. 4.

Conf. Bod.  
sit. l. i. c. 5.



*pradiolum vacaverit, certatim sese offerunt qui, oblati etiam muneribus, servitutum hanc, ut ita dicam, sollicitè ambiunt. Unde hoc nisi ex clementiori tractatione & benignitate Domini provenit? Quod alijs etiam exemplo erit: præterquam quod quoq; mandata divina negligenda non essent. Levit. 19. v. 14. Deut. 24. v. 15. Tob. 4. v. 15. cum primis Ephes. c. 6. v. 9. Col. 3. v. ult. &c. Interim ad Sclavonicam naturam, & linguam propiùs accedentes paulò severiùs tractari velle, non videtur proflus negandum.*

Conf.  
VVarem.  
de Subsid.  
Subditor:

XXVIII. Desiderium & ardorem quendam *libertatis* in hisce septentrionalib<sup>9</sup> arguit, quòd omnes fermè juvenes & adolescentuli, etiam rustici, sui juris esse quàm alieno arbitrio vivere malint. Unde cessante per unum alterumve annum *militum lectione & conscriptione*, Clerici cū Laicis, nullos aut paucos se invenire famulos, q̄ oblatâ mercede servire velint, multis in locis cōqueri necessum habent. *Patet itaq; vel*

C

hâc

*hac in parte hujus consuetudinis, milites  
nimirum ex plebe colligendi, ad priva-  
tos directè redundans utilitas.* Non.

Conf. p. 4.  
c. 21. Byge  
B. Gr. L.

intelligunt ipsi, utilius sibi esse ut  
Dominis alimenta, vestimenta &  
præmiū præbentib<sup>9</sup> seruiant; quàm  
ut otio assuescant, & sic demum vel  
mendici fiant, quorum conditio  
longè miserior, prætorum seruo-  
rum; vel furtis & rapinis pascan-  
tur, & sic poenæ servi evadant, vel ad  
temporales vel perpetuos labores<sup>9</sup>  
damnati, quod institutum antiquis-  
simum esse ex sacris & jure passim  
nostro apparet: vel patibulo & fur-  
cæ adjudicentur.

Judic: 16.  
v. 21.  
Ios: 9. v.  
21. & 27.

XXIX. *Bello capti, hodiè inter  
Christianos (inter quos non minus<sup>9</sup>  
arcta cognatio quàm olim inter  
Græcos vigere meritò debet) servi  
aut mancipia propriè non fiunt.  
Jus igitur quod victori in victum  
competit, aut magno animo gratis  
condonatur; aut numerato lytro re-  
dimi-*

Arms: Do.  
erin: pol:  
sap: 4.

dimittitur, aut captivorum permuta-  
tione absumitur.

XXX. *Leges de fervorum mer-  
cenariorum obligationib. loquen-  
tes habemus utroq; jure Tit: de adi-  
ficando. De famulis Nobilitum pu-  
blicatum est decretum regium an-  
no 1626. quod 8. statuta continet.*

c. 15. Byg:  
B. L. L.  
c. 11. Byg:  
D: St. L.

1. Acmen virilem assequuti & plenum salarium  
mereri volentes, equum Domini curare non de-  
tractabunt: quod negligentes annuo stipendio  
paulatim, absq; testimonio aulæ eiciantur. 2. In  
expeditione equum vel armaturam Domini de-  
pravans; ut proditor coronæ capitaliter iuxta  
artic: militares punietur: sin aliâ ex negligentia  
domi vel itinere equum vel quicquam ex pha-  
leris perdat; precium Domino restituat; Et non  
habens in ære luat corpore & ministerio. 3.  
Durante expeditione vel ingruente, aut iustratio-  
ne, nemo ministerium resignet: Sed Dominum  
mutare cogitans 12. hebdomadas ante finem anni,  
vel iustrationis publicationem id significet: aliat  
in servitio perseverare tenetur; vel fugitivum;  
ut preditorem, persequi Dominus poterit. 4. Sin  
famulus mature honestam petat dimissionem, Do-  
mino eam denegare non licebit; nec ullus ultra sta-  
tum tempus, prout inter Dominum & famulum  
convenerit, servire cogetur; nec honestum ipsi  
debitum testimonium denegabitur. Quod per  
viam iuris, si qua iusta oboriatur querela, deci-  
detur. 5. Famulus qui decimum ætatis annum

Statut: Reg:  
Gust: A-  
dolph. M.  
1626. de fa-  
mulis & mi-  
nistris No-  
bilitum.

gressus à nemine in servitium acceptabitur, nisi prioris Domini, si quem habuit, testimonio munitus fuerit. Aliàs famulus ad pœnam retrahetur: Novus Dominus acceptans 50. thalerorum multam Illustri Collegio inferet. Tantundem & Dominus antiquior, si conniveat & querelam sepe liat. Et hæc sine ulla condonatione. 6. Immerito honestum tribuens testimonium, damnum quod novus Dominus, huius intuitu passus, restituat; & 50. thaleros Illustri Colleg. insuper pendat, eodem modo sine remissione exigendos. 7. Prohibetur etiam ministris Coronæ & regiis, in ordine præsertim militari Equitibus vel peditibus officialibus, nobilium famulos, nisi cum gratiâ dimissi & sufficienti testimonio muniti fuerint, receptare, vel militiæ ascribere. Secus si eveniat, persecutio legitima priori Domino conceditur. 8. Exoticos, qui introducunt famulos, soli ipsorum ministerio fruantur; Nec alteri licebit sine Nobilis Domini consensu tales allicere: nec famulo integrum erit contra voluntatem Domini patrem familias variare. Legitimè a. resignare volens extra Regni limites sese recipiat, &c.

XXXI. Concludimus demum hæc de servis: sive mercenarij sint sive quasi naturales, sive alij; iisdem crudeliter & illegitimè abutendum non esse. *Expedi enim reip. ne re sua quis malè utatur,* inquit Iustinianus. Quæ hæc vice de herili societate posita sufficiant,

p. 2. Infit:  
de his qui  
sunt sui vel  
alien: iur.



XXXII. Hucusq; de societibus  
 minimis primis & simplicibus; Nunc  
 paucis etiam de secundis & immedia-  
 tē ex hisce Compositis agemus. Ex  
 consociatione conjugali & herili, consti-  
 tuitur familia, strictē sumpta, pro pri-  
 mā compositā societate ad quotidianum  
 vitæ usum secundum naturam institutā.  
 Quam tres ad minimum requirere  
 personas patet, (sicut 3. faciunt colle-  
 gium) duas ad humani generis pro-  
 pagationem, *maritum & uxorem*, ter-  
 tiam v. ad sustentationem, videlicet  
*servum*, quasi conservationis & ne-  
 gociorum expediendorum instru-  
 mentum. *Liberi*, deinceps si acce-  
 dunt, fructus & effectus sunt conjugij.  
 His omnibus & similibus, idem te-  
 ctum, *fokus, fons, cibus, &c.* communis  
 esse solet.

L. Neratius  
 ff. de V.S.

XXXIII. De familijs notamus  
 1. Reip. interesse ideoq; & Magistratui  
 allaborandum, ut *præclara & honesta fa-  
 miliae conserventur & extinctis nova sub-  
 stituantur.* 2. *Familiares vel ad eādem*

Schonb.  
 pol. l. 1, c. 10

Priv. illust.  
 colleg p. 10  
 21, & 22.

Privil. Nob.  
P. 10.

familiam pertinentes, multa habere communitia, utpote insignia, Nomenq; gentilitium, honores, consilia: Non tamen propter unius delictum universam familiam puniendam, nedum exstirpandam. Conf. privileg. ord. equest.

XXXIV. Cumq; distinctas esse familias publicè proflit, juriq; nostro & divino congruat; patet errasse Platonem, qui omnium rerum communione, introductâ, cunctarum confusionem non inducere non potuit. Quem errorem cum ipso errarunt Stoici, simul asserentes beatas futuras resp. si voces hæ, *meum & tuum*, unde omnes lites, bella & controversia, exterminarentur & nusquam audirentur. Eundem furorem exorco nuper revocare conati Anabaptista & Weigeliani, bonorum communionem tanquam Christianæ charitatis & perfectionis requisitum exigentes. Sed fallunt & falluntur: Ejusmodi aphantasia, non modò omnes tollunt familias, omnia dominorum, parentum & libero.

liberorum, consanguineorum & affinitatis  
discrimina, quæ cuncta juri divino &  
humano, omniq; honestati adversan-  
tur; verùm infinitas etiã absurditates  
secum trahunt. Nulla eris uxor, *Exod.* 20.  
nulla storge, nullum furtum, nullum adul- *v. 15.*  
terium, nulli concupiscentia rei aliena. *Deut.* 32.  
Quæ singula tamen omnipotens se- *v. 8.*  
vere prohibuit. Sed de hisce deli- *Act.* 17.  
rijs nunc satis. *v. 26.*

**XXXV.** Ex pluribus familijs seu  
domibus, vicus conflatur ad actus sive u-  
sus non ita quotidianos. Vel ut defi-  
nit Althusius: Vicus est ex domorum *Alth. pol.*  
paucarum conjunctione coagmentatus *c. 7. n. 30.*  
cætus, unde una tantum platea constitui- *& 34.*  
tur. Hinc vicini & domus vicina-  
les denominantur, quæ ita compa- *c. 12. q. 1. de*  
ratæ & extractæ erunt, ne vicino da- *Byg. B.*  
mnum aliquod inferant vel publi- *St. L.*  
cos actus in urbib<sup>9</sup> impediant. Nec  
vicinus à cæteris vicinis gravandus  
aut urgendus. *c. 1. in fin. Byg. B. l. l.*

**XXXVI.** Ex duobus aut pluribus *Alth. cit. c.*  
vicis absq; munitionibus collatis pagus con- *v. n. 35. & 38.*

stituitur. Qui si amplior fuerit, fossa, vallo vel muro cinctus & munitus, (quales pagos in nostrâ non habemus patriâ) propriè oppidum dicitur. Unica verò villa (q: uehilla, quod fructus in illam invehantur) murata seu muro vallove cincta castrum dicitur. De pagis ædificandis, & limitibus separandis consule jus provinciale, tit. de ædific. Quo jure ij cum primis apud nos reguntur, qui pagos inhabitant & arva colunt.

XXXVII. Ex villis & pagis, parochia, ex hisce, unâ vel pluribus, Ecclesia coagmentantur; Ex quibus Territoria, quæ unius judicis territorialis & 12. Scabinorum administrationi, quoad jus dicendi potestatem in primâ instantiâ subsunt. Singula isthac territoria *arcam* seu *fiscum*, collegij vel universitatis habent; *Håredz fistan/* propria itidem *bona*, *Håradz almenning/* acta & libros cum sigillo; *Håredz signete/* quo acta publica

C. 1. cum  
seqq: 26 &c  
Byg. B.  
L. L.

Ting. B.  
C. 2, 4, 10.  
&c.

Byg. B.  
C. 29. L. L.



blica & sententiæ confirmantur. Territorium igitur describi potest terra spacium peculiari jurisdictione armatum. *Dioecesis a.* apud nos Communio-  
nem plurium Ecclesiarum ex diversis territorijs, sub eodem Episcopo significat: Et Ecclesiasticam saltè m, in nostro imperio, administrationem respicit: de quâ postmodùm plura.

XXXVIII. Hic notamus, 1. utile esse districtus habere frequentib<sup>9</sup> vicis & pagis excultos. In quem quoq; finem S. R. M. tas inculta recolenti-  
b<sup>9</sup> prædia, aliquot annorum immunitatem clementissimè indulgere solet. Et p. m. Rex Carolus 9. latissimum desertum in *Wermelandia* se-  
cus *Norvegiam*, ante sua tempora diu incultum, excisis sylvis habitabile & nunc, in immortalem sui cum  
gloriâ recordationem, *Karlsskoga* dictum tractum totum, incolis frequentissimum fecit. 2. *Homine in*

*territorio occiso, si homicida ignoretur,*

2011111

Dráp. m3  
wil: c. 26. &  
17. L. 2.

solum territorium 40. marcis multabitur, id Nordgald dicitur.

XXXIX. Ex pago sive oppido specialibus negociandi privilegijs munito, civitas constituitur. Ita Magnus 3. Rese Sueciae, Norvegiae & Skaniae, primus Wexionia, privilegia civitatis contulit; quae diplomate Skeringiae januario 304. annos dato confirmaverat. In urbe v. aedificanda vel reparanda, loc<sup>9</sup> eligatur non modo fertilis, tutus & securus; verum etiam qui civilibus & quotidianis negocijs praecipue commercijs, sit opportunus; Adde & aquas ac ventos habens salubres: de qua re alibi fusius & in physicis praesertim discutitur.

XL. Quoad ipsa aedificia tum firmitas, justa symmetria, splendor & magnificentia urbis, tum publica utilitas, ex commodae mercium vectura, incendiorum aversione & placearum munditie spectentur; quae omnia earundem amplitudo mirifice promovet. Quam  
ideo

Wexio  
privileg:  
civit. 1348.  
accepit.

Conf. Alth.  
Schonb. &  
Boter.

ideo Clementis. Magistratus in æter-  
num decus non paucis in locis urse-  
rat atq; procuraverat.

XLI. Ex istis omnibus, familijs  
nimirum, villis, pagis, castris, civitatibus  
& territorijs constituantur provincia  
ac Dioceses; ex hisce Ducatus, Princi-  
patus & totum imperium coagula-  
tum est. Quibus ita prælibatis ad  
ipsius Imperij considerationem pro-  
ximè nos accingemus. Ardentib<sup>9</sup>  
exoptantes votis, ut nostra perpetuo  
sit & maneat opibus firma, gloria ampla,  
virtute honesta; addimus & eru-  
ditione clara, pietate & reli-  
gione devota respublica.

FIAT.

---

## MANTISSE.

I.

FAMILIA vel maxima non est  
resp. aut regnum.

Quamvis enim Paterfamilias 300. uxores & 600. liberos haberet, quos Hermosimo Parthorum regi fuisse; & 500. servos

Cap. I.  
Honung:  
B. L. L.

Cic. l. 9. de  
rep. & epist.  
p. ad Attic.

Bod. l. 1. c. 11.  
de repub.

fervos sicut Crassus: Non esset tamen Rex sed Paterfamilias tantum. Unde & Magogus nostræ gentis fundator, Patriarcha potius & imperii conditor accuratius quam Rex nominari videtur.

2. *Aliam esse æconomicam potestatem, aliam v. politicam; textu & exemplis S. Scripturæ, civilibus & patrio jure probari potest.*
3. *Donationes Matutinales, sive propter nuptias, legibus olim benè restrictæ, cap. 10. Kong: B. L. L. cap. 10. Giff: B. L. L. & c. 9. Giff: B. St. L. Quæ etiam ante biennium à S. R. M. te publico statuto laudatissimè correctæ, p. 5. & 7. & c.*
4. *Parentum consensus, ad contrahendū matrimonium, non tantum de honestate, verum etiam de necessitate requiritur.*
5. *Polygamia, quæ quis simul duas habet uxores, est illicita. Matth: c. 19. v. 6. & c. 6. 2. §. 2. Giff: B. L. L. & §. 1. cap. 2. eod. tit: St: L. & Hög. Balck, cap. 5. Land: L.*

Anno  
1644.



6. Concubinatus in rep. benè constitutâ non est ferendus.
7. Parentes ad alendum liberos, & vice versâ, cogi possunt. cap. 18. C. ff. D. L. L. & cap. 13. St. L. eod. tit. adde cap. 31. Jorde Balck: L. L. & cap. 15. St. L. eod. tit.
8. Mala educatio & deploranda parentum indulgentia, appropinquantis ruinae praesagium est.
9. Christianus illasâ conscientia servorum legalium operâ uti posset. Ut autem antiqua servitus postliminio revocetur, è re reipub. esse non statuis-  
mus.
10. Aliena familia insignia usurpare non licet Wesembec. in paratit. ad eod. lib. 2. tit. 17. confer. cap. 43. Dyg. Balck: L. L. & cap. 15. §. 1, & 2. St. L. eod. Adde p. 23. privileg. colleg. illust.

*Præstantissimo, Literatiss: & Politissimo*

DN. ANDREÆ ULSTAD-  
DIO, amico suo per dilecto, de Con-  
stitutione Politicæ doctè disputanti.

**U**lstadi referam paucis quid sentio de te,  
*Nec cupiet quernquã fallere sermo meus.*  
*Pectora flexanimi ducens sermone Poësis*  
*Effert ingenium laudibus eximijis.*  
*Cognitio Themidôs sancta, studiumq; sophiæ*  
*Exornant animum, perpoliuntq; tuum.*  
*Quod factò monstras sacre de ponte ca-  
thedræ,*  
*Quando defendis ritè probeq; theses.*  
*Pergito sic felix captum pertexere filum,*  
*Cernere quò valeas commoda mille,*  
*Vale.*


L. Mq;

apposuit

NICOLAUS. L. NYCOP.

Log: & Poës: Prof: P.

For



Fortia facta Deus sacro q Numine firmat,  
 Conatusq; pios dirigit atq; fovet:  
 Picrias ad Parnassi juga sic tibi sedes,  
 ULSYADI, firmet, sic tua capta juvet;  
 Ut tua non cedat virtus nec fama Politis,  
 Sed placeat cuivis lausq; decusq; tuum.  
 Ut per discursus venias ad prata sororum  
 Aonidum, felix Elysiunq; petas.

*Amico & gratulabundo ani-  
 mo apposuit.*

MICHAEL J. JURVELIUS  
 Notarius Acad.



*Politissimo, Doctissimoq; jur. eri,*  
 DN. ANDREÆ ANDREÆ  
 ULSTADIO Bothn. amico & Fratri  
 mellitissimo Politice disputanti, paucis  
 hisce animitus gratatur.

Ingenium clarum est, omni dignumq; favore,  
 Cui cordi pulchrum Politices studium,  
 Utilitatem se spectes; prestare videtur  
 Artibus hac reliqui: Ergo colenda venit.

*Arti-*

*Artibus è cunctis non est jucundior ulla  
Politica; merito proinde colenda venit.  
Theologiam excipio, quæ cunctas anteit artes;  
Sed reliqua victas dant facile huicce manus.  
Laudibus haud spolio reliquas (id dicere non fas)  
Intra fortunam mando manere suam,  
Ingenium clarum monstras studia hacce colendo,  
Constantèr pergas (credito) clarus eris.*

JOHANNES H. CURNIVIUS.



Politissimo & Literatissimo  
Dn. RESPONDENTI.

**P**ervolvit patriota probè Physis Politicæ.  
Per panegyricum pragmate postidea  
Præfès percomis patriæ pol præmia pulchrè  
Percipies, pariter prata parata poli.

*Patriotæ & populari suo  
cordicitus occinit*

ANDREAS J. NEOSTADIUS  
Ost, Bothn.

